Quod pluribus exemplis confirmari potest; nam videmus Collegio Judæorum, vel alias illicito legari non posse, & tamen singularibus personis Collegii licet legatur, l. Cum Statutus, ff. de reb. dub. l. 1. c. de Judicis. Quæ jura ad propo-situm nostrum allegat Guillel-m. & Joan. Andr. ubi surd. Item generalis ratio calum furoris non valet in iudiciis; secus si specialiter exprimitur, l. Sed est quis, §. Qua-situm, ff. Si quis exaction. secundum Joan. Monach. Item valet appellatio specialis si causa prohibitis exprimitur, cap. Ut delatus iura de appellat. & tamen generaliter inte-polita super omni causa, quæ aliquo tempore possit moveri, non tenet, c. Inter cetera cod. tit. ubi gloss. in ver. Appellatio-nem, & pariter notat non valere, aut licere in genere quod valet, aut licet in specie, & allegat concord. Alia jura ad hoc allegat Franciscus Butrus, & post eum Joan. Andr. lra cit. cap. Relatum v. 2. de testib. c. Ad audientiam, de Cler. non resid. & cap. Apostolica donat. Argumentum igitur de parte ad totum, & de specie ad genus generaliter non procedit, ubi est de ratione diversitatis, ut per DD. in l. Quæ de tota, ff. de rei vendit.

Ex his colligitur fundamentum desumptum ex cap. Licet de Regular. & ex cap. Virgines, 20. q. 4. quia illa jura lo-quuntur de singularibus personis transiuntibus, non de uni-versa Congregatione, vel Ordine. Iuxta hanc autem magis viget ratio diversitatis, nam per translationem totalem Uni-versitatis, vel Ordinis decoloratur, vel annihilatur Religio ipsa, quod non contingit per translationem singularem per-sonarum. Et propterea in simili casibus Episcopus possit unire unam vel duas Ecclesias, cap. Sicut unire de excess. Prælator. non tamen unire potest omnes, quia sic collatio-nes & jura sunt mentis Episcopalis evacuetur prodiguate quadam, ut Oltard. inquit conf. 152. In quæstione nam 2. vers. Præterea dato. Cujus sententiam alia secuta est Sacra Congregatio Concilii, nam consulto ab Episcopo Bellunen-an uno omnium beneficiorum simplicium Diocesis facta so-minario sit valida, respondit non esse validam. Et ob exami-nem rationem quamvis Rex possit valide alienare, & donare, cap. Abbat. de re judic. lib. 6. Oltard. conf. 94. Eleganter circa fin. n. 23. vers. Si quid in causa præsentis, tamen lectus est, si alienatio regnum diminueret, aut graviter lederet dignitatem, & textus est, qui de Rege Hungarie loquitur, in Intellectu, de jurissur. notat Bart. in l. Prohibere, §. Item, ff. Quod vi aut clam. Bald. conf. 159. Super eo n. 3. vers. Et hæc verba sunt, & nu. 7. vers. Insuper præsupponem. lib. 3. Oltard. ubi supra, & multo magis si alienatio eva-cuaret, vel annihilaret jura & statum Regni, ut per Abb. qui loquitur in Rege Francie, in conf. 3. Nitar. col. 18. & seq. lib. 2. & Paulo de Castro conf. 70. Quia frustra n. 6. vers. Postea lib. 1. Ubi de Rege Polonia. Quippe ex to-tali translatione Universitatis Conventus supprelli & omitti-laduntur, ut per Feder. de Sen. conf. 29. Quidam volens n. 2. vers. Præsupponem, & per translationem totius Ordinis Religio ipsa evacuetur, & annihilatur, unde rei gravitas est.

Ex his colligitur fundamentum desumptum ex cap. Licet de Regular. & ex cap. Virgines, 20. q. 4. quia illa jura lo-quuntur de singularibus personis transiuntibus, non de uni-versa Congregatione, vel Ordine. Iuxta hanc autem magis viget ratio diversitatis, nam per translationem totalem Uni-versitatis, vel Ordinis decoloratur, vel annihilatur Religio ipsa, quod non contingit per translationem singularem per-sonarum. Et propterea in simili casibus Episcopus possit unire unam vel duas Ecclesias, cap. Sicut unire de excess. Prælator. non tamen unire potest omnes, quia sic collatio-nes & jura sunt mentis Episcopalis evacuetur prodiguate quadam, ut Oltard. inquit conf. 152. In quæstione nam 2. vers. Præterea dato. Cujus sententiam alia secuta est Sacra Congregatio Concilii, nam consulto ab Episcopo Bellunen-an uno omnium beneficiorum simplicium Diocesis facta so-minario sit valida, respondit non esse validam. Et ob exami-nem rationem quamvis Rex possit valide alienare, & donare, cap. Abbat. de re judic. lib. 6. Oltard. conf. 94. Eleganter circa fin. n. 23. vers. Si quid in causa præsentis, tamen lectus est, si alienatio regnum diminueret, aut graviter lederet dignitatem, & textus est, qui de Rege Hungarie loquitur, in Intellectu, de jurissur. notat Bart. in l. Prohibere, §. Item, ff. Quod vi aut clam. Bald. conf. 159. Super eo n. 3. vers. Et hæc verba sunt, & nu. 7. vers. Insuper præsupponem. lib. 3. Oltard. ubi supra, & multo magis si alienatio eva-cuaret, vel annihilaret jura & statum Regni, ut per Abb. qui loquitur in Rege Francie, in conf. 3. Nitar. col. 18. & seq. lib. 2. & Paulo de Castro conf. 70. Quia frustra n. 6. vers. Postea lib. 1. Ubi de Rege Polonia. Quippe ex to-tali translatione Universitatis Conventus supprelli & omitti-laduntur, ut per Feder. de Sen. conf. 29. Quidam volens n. 2. vers. Præsupponem, & per translationem totius Ordinis Religio ipsa evacuetur, & annihilatur, unde rei gravitas est.

Ex his colligitur fundamentum desumptum ex cap. Licet de Regular. & ex cap. Virgines, 20. q. 4. quia illa jura lo-quuntur de singularibus personis transiuntibus, non de uni-versa Congregatione, vel Ordine. Iuxta hanc autem magis viget ratio diversitatis, nam per translationem totalem Uni-versitatis, vel Ordinis decoloratur, vel annihilatur Religio ipsa, quod non contingit per translationem singularem per-sonarum. Et propterea in simili casibus Episcopus possit unire unam vel duas Ecclesias, cap. Sicut unire de excess. Prælator. non tamen unire potest omnes, quia sic collatio-nes & jura sunt mentis Episcopalis evacuetur prodiguate quadam, ut Oltard. inquit conf. 152. In quæstione nam 2. vers. Præterea dato. Cujus sententiam alia secuta est Sacra Congregatio Concilii, nam consulto ab Episcopo Bellunen-an uno omnium beneficiorum simplicium Diocesis facta so-minario sit valida, respondit non esse validam. Et ob exami-nem rationem quamvis Rex possit valide alienare, & donare, cap. Abbat. de re judic. lib. 6. Oltard. conf. 94. Eleganter circa fin. n. 23. vers. Si quid in causa præsentis, tamen lectus est, si alienatio regnum diminueret, aut graviter lederet dignitatem, & textus est, qui de Rege Hungarie loquitur, in Intellectu, de jurissur. notat Bart. in l. Prohibere, §. Item, ff. Quod vi aut clam. Bald. conf. 159. Super eo n. 3. vers. Et hæc verba sunt, & nu. 7. vers. Insuper præsupponem. lib. 3. Oltard. ubi supra, & multo magis si alienatio eva-cuaret, vel annihilaret jura & statum Regni, ut per Abb. qui loquitur in Rege Francie, in conf. 3. Nitar. col. 18. & seq. lib. 2. & Paulo de Castro conf. 70. Quia frustra n. 6. vers. Postea lib. 1. Ubi de Rege Polonia. Quippe ex to-tali translatione Universitatis Conventus supprelli & omitti-laduntur, ut per Feder. de Sen. conf. 29. Quidam volens n. 2. vers. Præsupponem, & per translationem totius Ordinis Religio ipsa evacuetur, & annihilatur, unde rei gravitas est.

ut in translatione hujusmodi sit Sedi Apostolicæ reservata, ut in d. §. Ad hac. Majores enim Ecclesie causæ ad Romanam Ecclesiam sunt referendæ, cap. Majores, de Baptism. cap. Dudum 3. q. 7. & cap. 1. de translat. Episcoporum.

Nec obstat quod Boatinus relatus a Joan. Andr. in d. cap. unico n. 4. dicat ibi esse casuale, ut non possit tota domus Religio, quod potest para illius, & Petr. de Anchar. ibid. n. 2. Similiter tenet illud esse speciale in Ordinibus, qui in seipsis debent deficere; sed in aliis Ordinibus posse totum Conventum se transferre ad archiepiscopum auctoritate Episcopi cum Capituli consensu. Id, inquam, non obstat, quia ut formaliter dicunt in cap. 1. supra de Pañ. Host. num. 4. & Joan. Andr. n. 8. cum casus speciales non sint recipiendi, nisi ratio specialitatis reddatur, ut notatur in cap. Si quando de resist. reddant rationem specialitatis de prædictis sufficien-tem, & sic eis adhareamus; alia enim ad specialitatem con-fugere dicit esse refugium miserorum glossa magna circa princ. in l. Filium quem habentem, Cod. famul. ercys. Quam tamen rationem asserere non possunt, imò contrarium sic ob-tendo, nam ab Ordinibus, qui in seipsis debent deficere, li-cet transire etiam ad æqualem, vel laxiorem, quia textus in d. c. unico, §. fin. de Relig. domib. lib. 6. dicit: Licentiam concedimus generalem, & ibi hoc notat Archid. Joan. Andr. Gemin. & alii; & tamen hoc non licet in aliis Ordinibus, c. Licet de Regular. Conc. Tridentinum c. 19. sess. 25. de Regular. Et sic facilis datur transitus a primo dictis Or-dinibus, quam ab aliis approbatis. Et ratio est manifest. quia de Ordinibus qui debent deficere, Ecclesia non est amplius sollicita, quin potius optat ut superfluitas illorum reliquæ quantocius extinguantur. Et propterea concedit illorum per-sonis liberam facultatem transiendi ad quacumque Religio-nem ex approbatis, etiam minorem: ergo si in hujusmodi Ordinibus, à quibus transitus facilius permittitur, non po-terit integer Ordo ad alium Ordinem, vel Conventum se ac loca sua totaliter transferre sine Apostolica auctoritate, ut ibi deciditur, Longè minus id facere poterunt alii Ordines, vel Conventus; non enim intelligo quia ratione personis Or-dinum revocatorum non liceat collegialiter se transferre ad alias Religiones sine licentia Papæ, & tamen hoc liceat colle-gialiter personis Ordinum non revocatorum, quibus quidem personis singulariter transitus difficilior permittitur, unde ex majoritate rationis, & a fortiori existimo Canonem Concilii Lugdunensis in d. §. fin. habere locum etiam in Ordinibus non revocatis. Ad hoc c. Constitutionem de Regular. lib. 6. ubi Constitutionem Innocentianam, quæ prohibet transi-tum professionem recipi ante annum probationis est citum, Alexander IV. ad Fratrum Prædicatorum & Minorum O-di-nem declaravit exte-di; & Bonifacius VIII. pari similitudine rationis inductus declarationem eandem ad aliorum Mendicantium Ordines prorogavit, ubi posita Bonificium non p. orig. Constitucionem, sed declarationem eo rationis iustitiam, Ergo Constitutio, quæ de aliquibus Ordinibus loquitur, habet locum etiam in aliis, in quibus viget eadem ratio. Quod tenet Petr. de Tard. pro conf. 15. Federici de Sen. cujus opinionis fuit etiam Lapis Abb. ad consulti-tionem Federici in 8. r. sp. in fine data Federico in consilio ejusdem Federici 88.

Movetur secundo, quia si licet et Conventus, vel Congre-gationi ex toto se transferre ad aliam Religionem strictiorem sine licentia Summi Pontificis, utique idem liceret integro Ordini, seu Religioni, Non enim est dare rationem diversi-tatis cur liceat uni, duobus, vel pluribus Conventibus, aut uni, vel pluribus Provinciis; & non liceat omnibus. Imò quoad beneficium Apostolicum translatio integri Ordinis, & unus Conventus & præparatur in d. c. ult. §. fin. de Re-lig. domib. lib. 6. Sed consequens est falsum, quia integer Ordo nullo casu potest se ad alium Ordinem transferre sine auctoritate Romani Pontificis, ergo & a recedens. Minor pro-batur, quia solus Papa potest novum Ordinem, seu Religio-nem approbare, vel confirmare, c. unico, de voto, lib. 6. & ibi notat gloss. in ver. Per Sedem Apostolicam, c. fin. de Relig. domib. & d. c. unico, ubi Franc. n. 1. in 3. notat, eo tem sit. lib. 6. Ergo solus Papa potest Ordinem, seu Religionem ap-probare infirmare, vel supprimere; sicut fecit Gregorius 11 X. in d. cap. unico. Nihil enim tam naturale est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum est, l. Nihil tam naturale, & l. Perit, la secunda, ff. de Regal. jura. bald. conf. 18. Super eo n. 1. vers. Nam regala generalis est quod prout quique producat, sic resolvatur lib. 3. & Dominus par jux, & solvendi esse voluit & ligandi, qui utrumque par conditione permittit dicit textus in cap. Verbum de resist. dist. 1. & eadem solemnitas quæ requiritur ad constitutionem actus, requiritur ad illius destructionem, Roman. conf. 69. Visothomate, n. 2. vers. Hoc enim, & conf. 116. Vbi in princ. Episcopi autem & Prelati Regulares potestatem non habent supprimendi Religionem à Sede Apostolica approba-tam, quia inferior jura Superioris infringere, seu relaxare non potest, v. Inferior v. dist. cap. Cum inferior de major.

Movetur secundo, quia si licet et Conventus, vel Congre-gationi ex toto se transferre ad aliam Religionem strictiorem sine licentia Summi Pontificis, utique idem liceret integro Ordini, seu Religioni, Non enim est dare rationem diversi-tatis cur liceat uni, duobus, vel pluribus Conventibus, aut uni, vel pluribus Provinciis; & non liceat omnibus. Imò quoad beneficium Apostolicum translatio integri Ordinis, & unus Conventus & præparatur in d. c. ult. §. fin. de Re-lig. domib. lib. 6. Sed consequens est falsum, quia integer Ordo nullo casu potest se ad alium Ordinem transferre sine auctoritate Romani Pontificis, ergo & a recedens. Minor pro-batur, quia solus Papa potest novum Ordinem, seu Religio-nem approbare, vel confirmare, c. unico, de voto, lib. 6. & ibi notat gloss. in ver. Per Sedem Apostolicam, c. fin. de Relig. domib. & d. c. unico, ubi Franc. n. 1. in 3. notat, eo tem sit. lib. 6. Ergo solus Papa potest Ordinem, seu Religionem ap-probare infirmare, vel supprimere; sicut fecit Gregorius 11 X. in d. cap. unico. Nihil enim tam naturale est, quam eo genere quodque dissolvere, quo colligatum est, l. Nihil tam naturale, & l. Perit, la secunda, ff. de Regal. jura. bald. conf. 18. Super eo n. 1. vers. Nam regala generalis est quod prout quique producat, sic resolvatur lib. 3. & Dominus par jux, & solvendi esse voluit & ligandi, qui utrumque par conditione permittit dicit textus in cap. Verbum de resist. dist. 1. & eadem solemnitas quæ requiritur ad constitutionem actus, requiritur ad illius destructionem, Roman. conf. 69. Visothomate, n. 2. vers. Hoc enim, & conf. 116. Vbi in princ. Episcopi autem & Prelati Regulares potestatem non habent supprimendi Religionem à Sede Apostolica approba-tam, quia inferior jura Superioris infringere, seu relaxare non potest, v. Inferior v. dist. cap. Cum inferior de major.







tatis articulo ad providendum sustentationi nature via omnibus extrema necessitate detentis concessa præcluditur, cum ab omni lege extrema necessitate sit exempta. Sed extra hunc casum translatio Monialium ab uno ad aliud Monasterium fieri non potest nisi auctoritate Apostolica. Unde magnopere cavendum est à doctrina quorundam modernorum Theologorum qui scripserunt Moniales exire posse à Monasterio non solum in tribus casibus magni incendii, epidemice & lepre juxta Bullam Pii V. sed etiam dum imminet probabile periculum gravis ac diuturni morbi, in quos Bonac. in tractatu de Legib. disp. 2. q. 1. punct. 1. n. 29. & alii novissime apud Dianam,

resol. moral. lib. 1. tract. 15. resol. 13. Qui amplius affirmat non obitare declarationem Sacre Congregationis ab eo relatum, quia de illa non constat autenticè, quod advertendum duximus propter periculum censuratum, licet quod pertinet ad rem præsentem, hæc indagatio ferè inutilis videatur, quia Moniales de quibus agitur in suo transiunt non egrediuntur claustrum, quin potius ad eam reducuntur, sed tantummodo in eodem Monasterio mutant primævum Institutum, habitum & invocationem seu titulum contra legem fundationis, quod credimus fieri non posse sine auctoritate Romani Pontificis ex supra dictis.



## DE STATU MONACHORUM

Innocentius III. V. Plebano S. Gavinii.

### CAPUT V.

Quod Dei timorem præ oculis habeas, ex fructibus tuis colligitur evidenter, cum opera quæ facis, testimonium perhibeant veritati. Sanè quondam desiderans ad frugem melioris vitæ transire, officium Plebani resignans, coram fratribus sancti Victoris Bonien. promissionem de tua conversione fecisti, neque professionem solemnem emittens, neque habitum religionis assumens, sed Parochiani plebis ejusdem attendentes, te laudabiliter præfuisse, à Florentino Episcopo impetraverunt, ut ministrares ibidem, hoc etiam P. Presbyter Cardinalis tunc Apostolicæ sedis legatus proponitur annuisse, quod jam dicti Parochiani à nobis ratum haberi, suppliciter postularunt; præsertim cum de licentia prioris sancti Victoris nosceris hæcenus id fecisse. Licet autem in Lateranen. Concilio de Monachis caveatur, ne singuli per villas & oppida, per quascumque parochiales ponantur Ecclesias, & cætera, quia tamen istud de Canonis regularibus specialiter non cavetur, qui etiam à sanctorum Monachorum consortio non putentur sejuncti, regulæ tamen inserviunt laxiori; & per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum Parochialium regimen in Presbiteros ordinari, ex quo debent prædicationis officium (quod privilegium est) exercere: sic annuendum duximus postulatis, ut exercens Plebani officium (si commodè fieri poterit) unum Canonicum regularem tecum habeas ad cautelam, cujus in his quæ Dei sunt & regularis observantiæ, tam consortio, quam solatio perfruaris.

### SUMMARIUM.

1. Canonici Regularis potest præfici Parochiali etiam seculari cum socio sui Ordinis, si commodè fieri possit.
2. Causa per effectum cognoscitur, & demonstratur, & per exteriora de interioribus judicatur.
3. Scire proprium quid sit.
4. Scire aliquid per causas intrinsecas rei est perfectius scire, quam per causas extrinsecas.
5. Canonici Regulares & Monachi æquiparantur.
6. Monachi in quibus differant à Canonis Regularibus, & num. seq.
7. Monachus Parochialis Ecclesiæ præfectus, an & quando teneatur solum habere socium sui Ordinis.
8. Canonici Regulares quando, & à quibus instituti, & num. seq.
9. Canonici Regularium Religio in processibus, & aliis actibus publicis præcedit omnes alias Religiones.
10. Præpositi Canonorum Regularium an infra annum ad Sacerdotium promoveri debeant sicut Priores Conventuales ex Constitutione Clementis V.
11. Argumentum à simili, vel ab identitate rationis non habet locum in his quæ exorbitant à jure communi.
12. Monachi de jure communi an possint assumi ad regimen Parochialium Ecclesiarum sine dispensatione.

13. Canonici Regulares hodie an possint præfici Parochialibus Ecclesiis secularibus, & num. seq.
14. Vicarius perpetuus secularis deputari potest ab Episcopo in Parochialibus unitis etiam Monasteriis Canonorum Regularium ex Concilio Tridentino, & num. seq.
15. Regulares ad alios Ordines translati etiam Canonici Regulares sunt ex Concilio Tridentino prohibentur institui in Parochialibus Ecclesiis.
16. Canonici Regulares etiam ad tempus prohibentur assumi ad curam animarum ex decreto Gregorii VIII.
17. Regulares quorumcumque Ordinum præfici non possunt curæ animarum personarum secularium sine dispensatione Apostolica, quæ non conceditur nisi instante Episcopo pro necessitate, vel utilitate Ecclesiæ.
18. Item obtinere non possunt præbendas in Collegiata Canoniorum secularium, nec beneficia simplicia secularia etiam ex dispensatione Episcopi.
19. Canonici Regulares de jure communi sunt incapaces beneficiorum simplicium secularium.
20. Commendatarius Prioratus Canonorum Regularium cui animarum cura personarum secularium incumbit, an teneatur in d. Prioratu residere, & curam animarum per seipsum exercere, & num. seq. usque in fin.

21. Vicarii amovibiles deputati arguitur curam esse penes deputantem, si deputatus sit secularis, secus si Regularis.
22. Priores non sunt intulati, sed obedientiaris. Idemque non

sancti Curati, nec sponsi Ecclesiæ.  
Prioratus Canonorum Regularium sunt in duplici diffinitione.

Quod Dei timorem. Canonici Regularis potest præfici Ecclesiæ Parochiali etiam seculari, sed debet locum sui Ordinis fecum habere, si commodè fieri possit. Hoc dicit secundum omnes. Et potest dividi in tres partes. In prima exordium. In secunda facti narratio, & applicatio. In tertia supplicationis admisso cum duplici motivo. Secunda, ibi, Sanè, tertia, ibi, Licet.

Nota primò ex principio litterarum causam per effectum declarari & demonstrari, & sic per exteriora de interioribus judicari. Ad idem cap. Ex studiis de præsumpt. Clem. Exiit, §. Cujusque, vers. Cum enim, & ibi Card. in 2. notab. n. 10. de verb. significat. l. Lex quæ, c. de administr. tutor. Unde Matth. 7. & fructibus eorum cognoscetis eos, c. 2. de Regul. jur. Et ut Hieronimus inquit relatus hic à Joan. Andr. n. 2. Ex pomorum dulcedine generosi feminis arbor cognoscitur. Adde Bald. in c. Dudum ille secundo n. 31. sup. de elect. ubi ait ab effectu esse locum demonstrativum, & sufficere ad intelligentiam rei intelligere effectum, licet quis nesciat definire, quod pertinet ad solum sapientem & intelligentem medullam & apicem rationis, allegat not. in lege stipulatio ista, §. ibi quoque, ff. de verb. obligat. Proprie tamen scire secundum Philosophum, est rem per causam cognoscere propter quam res est & non contingit alter se habere. Est textus secundum Bart. & Bald. in lege Pupillus, ff. de acquir. hered. & in c. Cœdit 21. q. 8. secundum Joannem Monachum in proem. 6. Sexti. Et scire aliquid per causas intrinsecas rei est perfectius scire quam per causas extrinsecas, ut per Divum Thomam in 1. sent. dist. 41. art. 3. ad 4.

Secundò nota in vers. Licet autem Canonici Regulares non putari sejunctos à Monachorum consortio. In multis enim æquiparantur, c. Præfens Clericus 20. q. 3. ubi pariter expectant mercedem, c. Non magnopere & c. Super specula ne Cler. vel Monach. ubi pariter prohibentur audire leges vel Phisicam, c. Ex parte de postulat. ubi pariter prohibentur postulare, nisi pro utilitate Ecclesiæ vel sui Monasterii, c. In singulis infra eodem, ubi pariter celebrant Capitulum Provinciale. Et generaliter conveniunt in substantialibus Regule, scilicet obedientia, c. Cum in Ecclesiis de major. & c. obedi. abdicacione proprii suprà in c. pro. & castitate c. unic. de voto lib. 6. Item in c. munda mensa & dormitorio, cap. Quoniam de vita & honestate Clerici. Signorol. de Homod. conf. 148. In exceptione in princ. adeo ut propterea Host. infra in c. pro. n. 1. & 7. & post eum Card. hic in 1. q. 10. dicant Canonici Regulares & Monachos in omnibus æquiparari nisi in exceptis. Differunt autem in pluribus & in hoc Decretali habes tres differentias. Prima est generalis, quia Canonici Regulares regulæ inserviunt laxiori. Secunda est specialis quæ ex precedenti deducitur, nam Monachi præfici non possunt Parochialibus Ecclesiis secularibus propter prohibitionem Concilii Lateranensis secundum unum intellectum, Canonici Regulares fecus, quia cum inserviunt laxiori regulæ in prædicta prohibitionem non includuntur, ut hic dicitur in vers. Quia tamen. Sed de hoc dicam plenius in seq. quæst.

Tertia est quam ponit hic glossa magna in verbo regimen, quia Monachus Parochialis Ecclesiæ præfectus tenetur habere socios secum sui Ordinis, ut in c. Monachi supra eodem & in c. fin. de Capell. Monach. Sed Canonici Regulares ad hoc non tenentur, nisi commodè possint ut hic dicitur. In hoc tamen glossa in Clem. 1. §. Ad hæc in verbo Ad claustrum hoc tit. dicit jura quæ tractant de Monachis ne soli maneant in Capellis, de claustr. lib. 1. intelligi ut patet hic & in d. c. fin. de Capell. Monach. Si ergo Monachus est perpetuo institutus ad curam populi & sic nihil habet commune cum Monasterio, c. Ne pro capis lib. 16. q. 1. locum non tenet & subdit ita servari de facto nec rationem occurrere quare Abbas talem Monachum suo claustris, & solo nutu Abbatis revocatur ad claustrum non debet esse solus, ut cum socio aliquem stabilitatem claustris fervet. Et idem dicit de Regulari Canonico. Quam glossa distinctionem sequuntur hic Joannes Andreas n. 17. Card. n. 1. In q. opposit. Anchar. n. 32. q. 26. & Abbas supra in c. Monachi n. 3. & hic dixi in 3. notab. Quarta differentia est, quia Monachi Fundatores & Institutores habent Benedictum & Basilium quorum Regulam præferunt, ut in c. Permissum 12. q. 2. Card. hic n. 4. in 7. notab. Sed Canonici Regulares fuerunt ab initio nascentes Ecclesiæ, ut patet ex Constitutione Benedicti XII. quæ incipit Ad decorem Ecclesiæ, edita Idibus Maii, Pontificatus anno quinto in Bullar. tom. 1. pag. 196. ubi legitur Religionem Canonorum Regularium Ordinis Sancti Augustini à Christi Religiosis Discipulis in primitiva Ecclesiæ Sacris Institutionibus stabilitam. Eos enim Alexandria Sanctus Marcus instituit, ut per Colleg. Paduan. conf. 2. quod habetur post consil.

Card. Zabarell. n. 13. 14. & 15. & seqq. & Caccialup. conf. 4. post consilium ejusdem Cardinalis n. 5 & seq. & propterea in Processionibus & aliis publicis actibus hæc Religio præcedit omnes alias Religiones & primum locum obtinet immediate post Clerum secularem, ut declaravit Pius V. in Constitutione Cum ex Ordinem 1570. 10. Kalend. Januarii in Bullar. tom. 2. pag. 324. in hæc verba. Universi Canonici Regulares Ordinis Sancti Augustini Congregationis Lateranensis qui ab Apostolis originem traxerunt, quique ab eodem Sancto Augustino eorum Reformatore iterum per reformationis viam mundæ geniti merito præcedere possunt se omnes alias personas Ecclesiasticas tam seculares quam Regulares in Processionibus & aliis actibus publicis præcedere debere. Cum tamen non liceat membra à Capite separare & c. Canonici prædicti statim ipsum Clerum secularem non exemptum subjequi, dum ipsi subsequendo præcedunt, dum vero præcedendo præcedant solum, immediate sequi debere declaramus. Et eodem modo, cum controversia super præcedentia inter prædictos Canonicos & Congregationem Cassinensem diu ventilata fuisset & in Concilio Tridentino renovata, cumque tres Cardinales à Pio IV. deputati retulissent se comperisse ex pluribus litteris Apostolicis diversisque aliis documentis, rationibus & probationibus ipsos Canonicos fuisse & esse de illis Clericis à Sancto Augustino, qui in d. Sanctis Apostolis instituti idem Pius V. ipsi Canonici præcedentiam adjudicavit in Constitutione Sedi Apostolicæ 18. Februarii 1564. in Bullar. tom. 2. pag. 106. licet Caccialupus d. conf. 4. n. 2. dicit eos fuisse institutos tempore Beati Augustini & eorum habuisse à Nazareth quibus committerentur Sancta Sanctorum, allegans Joannem de Deo in suo Opusculo de dispensat. & addens sub dubio aliquos ab eo relatos n. 39. tenere originem duxisse à Rusto seu Ivone apud Francos tempore Ludovici Imperatoris & in Italia prope Mediolanum ex præcepto Alexandri & num. 50. appellatam fuisse Congregationem Frisonariam seu Frisonem & plenius in fin. conf. numero 59. ubi de multiplicitate eorum origine.

Regulariter tamen, ut prædiximus, Monachi & Canonici Regulares eodem jure censentur. Unde quamvis Feder. de Sen. conf. 25. Casus talis est. Quidam fuit promotor, consuluit Constitutionem Clementis V. in Clement. 1. §. Ceterum de stat. Monach. quæ statuitur ut Priores Conventuales infra annum ad Sacerdotium promoveri debeant, non habere locum in Præpositis Canonorum Regularium, cum de ipsis non loquatur, sed de Monachis & pro hac parte plurimum stringat hæc Decretalis, ubi ponderatur idcirco Canonicos Regulares non comprehendi in prohibitione Concilii Lateranensis, quia in illa de Canonis Regularibus qui Regulæ inserviunt laxiori specialiter non cavetur, tamen ejus consilium refellit Petrus de Tuderio cujus dictum haberetur insertum post idem consilium Federici, eo quod licet Constitutio illa loquatur de Monachis, tamen idem intelligendum in Canonis Regularibus, cum idem jus regulariter sit in utroque & allegat textus hic & c. dist. 81. dist. nec obstat secundum eum quod Constitutio quæ loquitur de aliquo Ordine Mendicantium non porrigatur ad alium Ordinem in quo non sit eadem ratio ut notatur in c. Constitutionem de Regular. lib. 6. quia illud intelligitur quando expresse de aliquo Ordine loquitur, cujus appellatione alii Ordines non veniunt. Secus ubi generaliter loquitur de Monachis, quia tunc omnes veniunt etiam Canonici Regulares, cum ipsorum Monachorum appellatione prædicti Canonici continentur ut in iuribus prælegatis. Et ejusdem opinionis fuit Lepus Abbas ad consultationem Feder. in 8. res. data Federico in consilio ejusdem Federici 88. Verum hæc responsio Petri de Tuderio non placuit Federico, quia dicta Constitutio solum habet locum in Monachis nigris. Unde hic dicit Ordinis seu Religionis hujusmodi. Et quamvis jura generaliter loquentia de Monachis ut Religiosis habeant locum in Canonis Regularibus, tamen jura generaliter prodita circa Monachos nigras in Canonis Regularibus locum non habent, & argumentum à simili vel ab identitate rationis non habet locum in his quæ exorbitant à jure communi. Ad hoc glossa notab. in d. c. Constitutionem in verbo Prærogamus de Regul. lib. 6. glossa in cap. Quæ à jure de reg. jur. eodem libro; & Bartolus in Extravaganti Quasi sint rebelles. §. Transit n. 3. & in hoc tandem residet Feder. cujus consilio etiam se subscripsit Joannes Andreas.

Tertiò nota ex illis verbis Et per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum Parochialium regimen in Presbiteros ordinari. Monachos de jure communi assumi posse ad regimen Parochialium Ecclesiarum. Et signa casum in quo possunt assumi, scilicet propter Officium prædicandi quod in multis est privilegiatum & specialiter in hoc secundum Host. hic n. 8. & in summa hoc tit. §. Utrum populum qui allegat.



ad hoc cap. 1. & 2. 58. diff. & cap. Quorundam 74. diff. Item tenent Joannes Andreas & Paulus in Clem. 1. in glossa in verbo *Seculare de elect.* Ceterum in hoc maxima est inter Doctores varietas opinionum quae recenset Antonius de Butr. in cap. *Monachi*, n. 16. supra eod. & Rota decis. 261. incipien. In Religioso, aliis 5. de jur. patr. in novis, videtur residere in hac sententia, ut in Monacho assumendo ad curam animarum hodie sicut olim necessaria sit dispensatio, & forte Papalis propter celebre Concilium Lateranense in d. c. *Monachi*, contra quod Episcopi dispensare non possunt. Communitatem tamen tenetur Monachum de jure ex causa utilitatis de Abbatis consensu ab Episcopo promoveri posse. id Parochialem Ecclesiam sine dispensatione, dummodo cum eo habitet alius saltem Monachus, ut hic per gloss. in verb. *Regimen*. Host. n. 8. post Hug. Bertrand. & Goffred. quos citat Joan. Andr. n. 14. Henric. Boich. n. 15. Butr. n. 11. Card. n. 11. quæst. 1. Anchar. n. 6. & 11. Joan. de Aran. n. 6. 8. & 9. Feder. de Sen. cons. 136. *Factum tale est per tot. Roch. de Curte de jure patr. in verb. Honorificum quæst. 4. n. 8. Lambert. col. tract. lib. 2. part. 1. q. 7. art. 19. d. n. 13.* & de communi opinione testatur Abbas hic n. 7. Quod tamen intelligi si Parochiales sint à Monasterio distinctæ; si ceteri si cura incumbat ipsi Monasterio, quia tunc Monachus nullo modo præfici potest curam animarum personarum secularium, sed cura ipsa exerceri debet per Presbiterum secularium, ut est textus in cap. 1. & ibi scripti plenissime, infra de Capell. Monachor. Verum an hac procedat post Concilium Tridentinum dicam in proxima questione.

Quæro, an hodie sit locus dispositioni hujus Decretalis, adeo ut Canonici Regulares præfici possint Parochialibus Ecclesiis etiam secularibus cum locio sui Ordinis, si commode fieri possint.

14. Congregatio Lateranensis Canonicorum Regularium proposuit olim Sacra Congregationi Concilii se in Civitate Cremonensi habere Monasterium S. Petri de Pado, cui unitæ sunt plures Parochiales, ex quarum fructibus aliter magna familia tam Sacerdotum, quam Clericorum juvenum, qui velut in Seminario quodam bonas litteras edocentur. Insuper novam à fundamentis ædificat Ecclesiam magno sumptu. Solvit etiam per plures taxas sibi à Congregatione impostas, quarum summa excedit ducatorum mille. His non obstantibus Cardinalis Borromæus in visitatione d. Civitatis decrevit Vicarium perpetuum in una dictarum Ecclesiarum pro seculari Presbitero, amoto Parocho regulari, quod tendit in maximum Monasterii damnum, quando longe minori expensa vivunt Regulares in dictis Parochialibus. Unde non poterunt postea, si Vicarii regulares erunt, tot onera perferre. Et propterea S. Congregationem adierunt pro remedio dicentes de jure communi licere obtinere beneficia secularia Curata Canonicis Regularibus absque dispensatione Papæ, vel Episcopi, nec licere Episcopo amovere eorum Vicarios Regulares ab ipsi in dictis Parochialibus deputatos, quæ eis sunt pleno jure etiam quoad spiritualia subiectæ. Die 17. Octobris 1575. Congregatio publica censuit dicendum partibus ut informant Sacram Congregationem ut videatur de jure, quia jure veteri Canonici Regulares sunt capaces Parochialium secularium, c. *Quod Dei timorem*, & ibi gloss. in ver. *Regimen de statu Monach.* Et Concilium non prohibuit quin Canonici Regulares possint uti hoc jure veteri, & habere Parochiales, nisi quando translati, c. 11. sess. 14. Sed videtur obitare c. 7. sess. 7. quando agitur de unitis, quia vult provideri curæ earum per Vicarios ab Episcopo deputandos. Et ita Congregatio intellexerat tempore Pii V. Item Pius V. in Bulla 47. indulget omnibus Regularibus nominationem Vicarii perpetui cum approbatione Episcopi, & Mendicantibus, & Canonicis Regularibus indultus ut in unitis possint nominare ex seipsis non Vicarios perpetuos, sed amovibiles; & Regulares Monachi idem possunt: sed nominant unum ex iis Vicarium amovibilem approbatum prius ab Episcopo cum aliis quatuor Monachis. Sed Bulla Pii V. redacta est ad terminos Concilii; unde si jure non possunt, agendum cum Sanctissimo pro gratia, exemplo Pii V. Deinde eadem Congregatio generalis censuit referendum Sanctissimo Canonicis Regularibus jure veteri esse capaces Ecclesiarum Parochialium, d. cap. *Quod Dei timorem*, & à Concilio id non caveri, nisi quando translati, d. c. 11. sess. 14. Tamen obitare, quod in unitis quando eriguntur Vicarii perpetui, est in arbitrio Episcopi apponere eos, vel alios. Item Pius V. indultus, ut possent Canonici Regulares & Mendicantes nominare unum ex iis, qui prævio examine essent Vicarii amovibiles tantum Superiorum. Sed hæc Bulla Pii V. redacta est ad terminos Concilii, tamen pro eis facit jus vetus.

15. Die 1. Decembris 1575. Sanctitas sua, audita relatione visa est sentire Concilium, cap. 7. sess. 7. non ita clare dare arbitrium Ordinatio ponendi quos velit Vicarios perpetuos, etiam ad exclusionem regularium, qui alio idonei essent. Tamen postea inclinabat in sententiam illam, ut Ordinarius haberet & hoc arbitrium ut alia Congregatio senserat. Et

licet Bulla Pii V. aliud statuerit; tamen quia est redacta ad terminos Concilii videbatur persistere in ista reductione. Nihilominus cum audisset regulares perpetui multa damna ex impensis faciendis in secularibus Vicariis, mandavit ut si Monasterium non erat valde pingue, ferebrentur litteræ ad Cardinalem S. Præsed. visum esse Sanctissimo, ut si ex regularibus inventariis aliquis idoneus ad hanc curam exercendam, eum assumat potius, quam secularē & Vicarium amovibilem constituat arbitrio Superiorum suorum. Id tamen non per viam Constitutionis generalis, sed per specialem provisionem in hoc casu & per privatas litteras. Postea vero generaliter fuit questum, an Canonici Regulares de licentia sui Generalis possint assumere curam animarum tam ad tempus, quam perpetuū Die 8. Julii 1581. Sanctissimus D. N. Gregorius XIII. noluit licere illis regularibus etiam de licentia sui Generalis absque permisso Summi Pontificis assumere curam etiam ad tempus, multoque minus beneficium Curatum in titulum, ita reperi adnotatum in libris publicis S. Congregationis, cap. 18. sess. 24. pag. 99. Et subinde cum Canonici Regulares Lateranenses pererent & sibi liceret cum licentia sui Generalis obtinere beneficia curata in titulum vel ad tempus & res à Congregatione delata esset ad Sanctissimum, Sanctitas sua abivit.

Ex his patet Canonicos Regulares, hac decretali non obstante, hodie assumi non posse ad regimen Parochialium Ecclesiarum absque dispensatione Romani Pontificis.

Unde inferitur primò ut multò minus assumi possint ad curam animarum personarum secularium regulares aliorum ordinum; nam in Canonici Regularibus ex multorum sententia speciale erat ut possent præfici Parochialibus secularibus quæ regulæ intersunt laxiori; & propterea non comprehendebantur in prohibitione Concilii Lateranensis, ut hic deducitur. Quare si Canonici Regularibus non licet amplius obtinere Parochiales in titulum vel ad tempus propter Decretum Gregorii XIII. longè minus id licebit aliis regularibus in ditionem ordinum. Hinc cum fuerit questum, an regularis possit præfici curæ animarum ab Episcopo sine dispensatione Apostolica; Sac. Congregatio Concilii censuit non posse, nisi accedente dispensatione quæ non videtur concedenda, nisi instante Episcopo pro necessitate vel utilitate Ecclesiæ. Et alias consulta an Ecclesiæ Parochiali ex necessitate, nempe ob penuriam Sacerdotum, regularis perpetuus possit præfici, respondit permitti posse, ita ut deducto victu, quod reliquum fuerit reddatur in utilitatem Ecclesiæ & pauperum convertatur. Ob id autem necessariam esse hodie dispensationem contra opinionem antiquarum Doctorum, quod ita de se ipsis servari consuevit. Quod si magis placuerit Sanctissimo postea quod petitur ad tempus concedi, quod scilicet Episcopus provident de Clerico seculari nihil tamen concedendum, nisi instante Episcopo pro necessitate vel utilitate Ecclesiæ.

Inferitur secundo ut regulares multò minus obtinere possint beneficia secularia non curata, puta Canonici in Collegiata Ecclesia seculari, aut beneficium simplex, id enim etiam jure veteri prohibitum erat ut est expressum in cap. *Super eo de Regular.* ibi, nec amplius in Ecclesiis secularibus debent assumi, ne contra votum, quod Domino fecerunt, venire probentur & in cap. *Placuit* 16. q. 1. ibi, nec ad Ecclesias seculares transire. Et de Præbenda in Ecclesia Collegiata Canonicorum secularium tenent Host. in summa hoc tit. 5. *Utrum populum*, Joan. Calder. hic & post eum Cardin. in 5. quæst. num. 14. vers. *Si autem assumitur ad Canoniam*, quia homines disparis professionis non debent simul in eisdem Ecclesiis sociari, cap. *Id nova* 16. q. 7. Ad hoc Clement. 1. de elect. Neque obstat, cap. *Quorundam* 74. diff. quia Ecclesia Stracunana ad quam transivit, ibi Monachus, erat etiam Monachorum, ut ibi notatur. Neque hoc casu valet Episcopi dispensatio secundum Cardinalem. Et de Ecclesia non Collegiata seu beneficio simplici tradit Federic. de Sen. cons. 136. *Factum tale est sub n. 3. vers. Sed fortius obstat*, Joan. Calder. & Cardin. ubi supra. Et ita secundum Cardinalem intelliguntur textus in cap. *Si cuius*, & cap. *Alia cum duobus* seq. 16. quæst. 1. & probatur in d. c. *Super eo de Regular.* & in Clem. 1. ibi, *Clericis secularibus*, secundum Joan. Andr. & Paul. de supple. neglig. Prælator. & in hac Decretali à contrario sensu. Cessat enim in his beneficiis ratio curæ animarum, propter quam regulares jure veteri poterant ad Ecclesias seculares assumi secundum Card. Item promotus ad simplex remanet Monachus claustralis; & sic alteratur status beneficii; quod fieri non debet, cap. 1. §. *Ad hoc cum sua glossa supra eod.*, ut per Federic. de Sen. dist. cons. 136. ad finem. Et ita etiam in Canonico Regulari alius respondit Gregor. XIII. nam cum dubitaretur, an Canonici Regularis esset capax beneficii simplicis, Sac. Congregatio dixit videri incapacem, quia c. *Quod Dei timorem*, loquitur de Parochiali, agendum tamen cum Sanctissimo. Die 23. Julii 1578. Sanctitas sua dixit, licet Tridentinum Concilium non prohibuisset regulares obtinere

seculare

## De Statu Monach. c. Quod Dei timorem.

seculare beneficium & Concilium Lateranense sub Leone ad concordatam tantum restringeretur; tamen jux communi oblatore quod commisi in Parochialibus dispensat, d. c. *Quod Dei timorem*. Hic autem agitur de simplicibus.

10. Ex factio questum est, an Clemens obtinens in Commendam Prioratus S. Joannis Ordinis S. Augustini Canonicorum Regularium Aquen. Diocesis, cui animarum cura personarum secularium incumbit, teneatur in dicto Prioratu residere & curam animarum per seipsum exercere.

11. Jam S. Congregatio Concilii declaravit Commendatarios non teneri residere, si animarum cura Sacramentalis soli Conventui incumbat, non autem personæ Commendatarii; declarationem ad se relata approbavit Gregor. XIII. ut scripti latè in cap. 1. infra de Capell. Monachor. In commendatis autem Ordinibus S. Basilii vel S. Benedicti cura indistincte dicitur incumbere Monasteriis, quia Monachi in eis degentes in Congregatione prohibentur curam populi exercere ut est textus in d. c. 1. & ibi notant Butr. Abb. & communiter Doctores. Valet enim argumentum, Monachi sunt incapaces curæ; ergo cura ipsi non incumbit, sed Conventui; ut hoc notat Abb. n. 5. Mandos. cons. 20. num. 9. Rota in recent. decis. 154. n. 2. in fin. par. 2. Atque ita cum cura animarum ante commendam non incumbere Abbati titolari, nec postea dicenda est incumbere Commendatario, qui in locum Abbatis est subrogatus, cum Commenda non mutet statum beneficii, Cemin. consil. 8. n. 8. vers. *Quia non est necesse*, Sarmen. in reg. de infirm. quæst. 13. & sæpius decidit Rota. Ideoque in Commendis dictorum Ordinum multoties respondit Sac. Congreg. Commendatarios non teneri residere, sed curam esse per Presbiteros seculares exercendam.

Verum hoc argumentum non procedit in Canonici Regularibus, cujus ordinis est Prioratus, de quo agitur, quia ipsi de jure præfici possunt Ecclesiis Parochialibus ut est casus in hoc cap. ubi decretum Lateran. Concilii, quo Monachi prohibentur præfici Parochialibus Ecclesiis declaratur non habere locum in Canonici Regularibus, qui quamvis à Sacerdotum Monachorum consortio non putentur separati, regulæ tamen intersunt laxiori. Unde hoc casu opus est, ut Commendatarius præbet curam esse penes Conventum ex aliquo alio capite, nam cum non ad sit in Canonici Regularibus incapaces, quæ arguitur curam esse penes Conventum, non penes ipsos; probatio ex hoc capite non relevat, cum non concludat per se, cap. *In presentia* & ibi Dec. in 13. notat. sup. de probat. Rota decis. 160. num. 8. & decis. 226. n. 2. per. 1. recent. Gregor. XV. decis. 162. n. 9.

12. Quamobrem Commendatarius ad probandum animarum curam ante Commendam non incumbere Priori & Canonici sed Conventui, adducit privilegium Sixti IV. & Julii II.

quibus indulgetur, ut Congregatio Canonicorum Lateranensium, seu illius Canonici per se, aut per Presbiteros seculares vel regulares ad ipsorum nutus deputandos & amovibiles animarum curam Parochialium Ecclesiarum Parochialium hujusmodi exercere possint & valeant. Ex hoc autem quod Prior possit curam per alium exercere, rectè inferitur ut Prior non sit Curatus, ut in terminis de Priori regulari tradit Cardin. in Clem. *Ne in agro*, §. *Ceterum in secunda opposit.* post Paul. ibi, *de statu Monach.* per textum in c. *Super eo de præbend. lib. 6.*

Et quamvis aliis deputatio Vicarii amovibilis arguat curam esse penes deputantem ut jam censuit S. Congregatio & est decis. Bignonetti 21. n. 2. de præbend. tamen hoc procedit in Presbiteris secularibus, non autem in regularibus. Deputatio enim Vicarii amovibilis potius arguit curam esse penes Ecclesiam & Conventum ut per Cardin. loc. cit. & satis conitatur ex decreto Tridentini Concilii, cap. 11. sess. 25. de Regular.

Deinde hoc probat Commendatarius, quia Priores olim non erant perpetui, neque intulati in hujusmodi Prioratibus, sed potius obedientiarum & claustrales juxta dictam Clem. *Ne in agro*; ergo non erant Curati, aut sponsi Ecclesiæ; etenim ad hoc requiritur, ut sint perpetui, ut notant gloss. in Clem. *Dudum*, Statuimus, in verb. *Impedant de sepultur.* & ibi Cardin. in §. *Ac deinde* n. 9. Vitalin. in §. *Verum* n. 3. Mandos. in reg. 20. q. 2. n. 4. & alii relati à Gonzal. ad regulam de mensibus in gloss. 6. num. 40. 36. 42. 93. & 97.

Unde cum cura penes illorum personas non esset, neque penes Vicarios amovibiles, necessarium sequitur ut esset penes Ecclesiam vel Conventum, quo casu intrat declaratio S. Congregationi relata superius, ut Commendatarius residere non teneatur; cum cura personæ ipsius non incumbat.

Ceterum adhuc superest difficultas, quia in dicta Religione Prioratus sunt in duplici differentia; quidam sunt Conventuales, & in his cura potest etiam per alios exerceri, juxta indultum Sixti IV. & Julii II. & locum habent omnia supra dicta.

Quidam vero sunt Prioratus nuncupati & hi conferuntur in titulum Canonici Regularibus, qui teneantur residere & curam per seipsos exercere ad præscriptum hujus Decretalis. Orator autem nondum docuit suum Prioratum esse conventuale, nisi ex conjectura, quod centum ab hinc annis illius Prior accessit ad Capitulum Generale. Sed ubi concludenter probasset hanc Conventualitatem posset responderi, eum non teneri in Prioratu residere, quamvis habeat curam personarum secularium, sed curam ipsam esse exercendam per Presbiterum secularem ab Ordinario approbandum.

## DE STATU MONACHORUM.

Idem Innocentius III. Abbati & Conventui Sublacen.

### CAPUT VI.

Cum ad Monasterium Sublacenn. & infra. Firmiter inhibuimus, ne quis de cetero Monachorum, lineis camisiis uteretur, & infra. Prohibemus quoque districtè in virtute obedientiæ, sub obreftatione divini judicii, ne quis Monachorum proprium aliquo modo possideat, sed si quis aliquid habeat proprii, totum in continentem relinquit. Si vero post hoc, proprietatem aliquam fuerit deprehensus habere, regulari monitione præmissa, de Monasterio expellatur, nec recipiatur ulterius, nisi penitentia fecundum Monasticam disciplinam: quod si proprietatem apud quemquam inventa fuerit in morte, ipsa cum eo in signum perditionis, extra Monasterium in sterquilino subterretur: secundum quod beatus Gregorius narrat in Dialogo se fecisse: unde si quidquam alicui fuerit specialiter destinatum, non præsumat illud accipere, sed Abbati, vel Priori, vel Cellerario assignetur. In oratorio vero, refectorio, & dormitorio continuum semper silentium observetur. In claustris quoque certis horis, & locis, secundum antiquam consuetudinem Monasterii, laudabiliter observatam.

Fagnan. in III. Lib. Decretal.